**Caſſiodorꝰ** Nam viciorum tranſilitor egregius neceſſe erat vt illud tempus expectare debuiſſet quando eum eterna premia coronarent Et ſubſtātia mea apud te eſt ſubſtanciam vero ſuam hic non illā a deo de qua ſuperius dixit. Et ſubſtantia mea tanꝗ nichilum ante te Sed hic ſubſtantiam in bonam partem debemus accipere.

**Nicolaus** que accipitur hic pro diuiciis que non pereunt Diuicie eniʒ iuſtorum reſeruantur apud dominū ſcḋm illud yſai. lxiiij. Oculus non vidit nec auris audiuit que preparaſti deus diligentibus te Et que ex confidencia diuina inſurgit homo ad deprecandum ipſum. ideo ſubdit deprecando.

**Jeronimus** Ab omnibꝰ iniquitatibus meis erue me preteritis preſentibꝰ et futuris.

**Caſſiodorꝰ** Quis iſte ſanctus probabiti ſe deuocione tractaret tamē rogat vt ab omnibus iniquitatibus ſuis domini miſeratione liberetur vt agnoſcamus neminem hic eſſe ſecurum ꝗuis beneficia diuina percepit Opprobrium inſipienti dediſti me Stultorum conſuetudo talis eſt vt illos magis irrideant quos moribus bonis ſtudere cognoſcunt Sanctus ergo vir opprobriū erat ſtultis quē eis diſſimilem reſpuebāt. vnde ſeneca Nondum felix es niſi tota turba te deriſerit. Deīde redit ad ſuperiora que dixerat aſſerens ſe non reſpondiſſe inimicis ſuis dicēs Obmutui et n̄ aperui os meuʒ

**Jeroni.** Cum me conuiciis a iracundiis et diuerſis improperiis laceſſerent id eſt irritarent nichil ad ea que michi inferebantꝰ reſpondi.

**Hugo** quoniaʒ tu feciſti vt in aduerſis permiſſione tua michi illatis non murmurarem.

**Caſſiodo.** Ipſe vtiqꝫ fecit qui paciencie dona conceſſit amoue a me plagas tuas Plage ſunt correctōes quibꝰ pro noſtris peccatis iuſtiſſime verberamur.

**Auguſtinus** Ac ſi dicat. Tantum cede vt proficiam non vt deficiam.

**Hugo** Et neceſſe habeo vt ipſas a me amoueas quia A fortitudine manꝰ tue id eſt a graui correpcōe potēcie tue ego defeci quantuʒ in me eſt in increpationibus tā verboꝝ ꝗ verberū propter iniquitatem corripuiſti hominem

**Auguſti.** hic pietas domini
euidenter oſtēdit
qui non diligit increpationes niſi
vt homines corrigantur. Iniq̄tas
quippe mortaliū. more putredinis
ſine fine vagaretur ſi eam medici
nalis increpacio nō deſecaret. In
crepatur enim omnis homo pro
pter iniquitatem quez perdere nō
vult diuina maieſtas. Flagellat
autem omnem filium quem reci
pit. Et tabeſcere feciſti ſicut arane
am animam eius. Tabeſcit ani
ma id eſt deficit vita carnalis cum
caro luxuriis et concupiſcenciis re
frena

**Caſſiod.** Aranea ve
tur.
ro corpus ha
bet tenue. in terra nō habitat ſed
per loca alciora telas quaſdam te
nuiſſima viſcerum egeſtione cōte
xit. Huic ergo exiguo corpuſcu
lo recte conuerſi et afflicti anima
comparatur qui longis mortifica
tionibus vigiliis que fatigatus ter
rena deſerens. operacōnes virtutū
ſubtiliſſimas diuino timore tabe
factus efficit. Poſt hec reuertitur
ad illud ſue propoſitionis inicium
qui licet homo increpetur licet ta
beſiat tamen fragilitate humani
tatis diuerſarum rerum varietate
confunditur.

**Hugo.** Verū
vnde dicit
tamē
vane conturbatur omnis homo.
quia preter hoc quod in ſolicitudine
temporali eſt vanitas: eſt etiam
conturbacio quia eſt labor in acq̄
rendo. timor in poſſidendo et dolor
in amittendo. Ponitur enim hic
omnis pro maiori parte.

**Caſſiodo.** q̄a ab hac con
turbacōne ille
ſolus excipitur qui ad diuinaz cō
templationem pura mente tranſ
fertur. Deinde ypodithun iſte humi
liter exorat remitti ſibi peccata pri
uſquam vitā finiat dicens. Exaudi
orationem meam domine et depre
cationem meam. Oracio eſt oris
racio quam preoni allegamus vo
ta noſtra pandentes. Deprecacio
vero eſt frequens et aſſidua ſup
plicacio que ab imo pectoris pro
fertur archano. Auribus percipe
lacrimas
meas.

**Ieroni.** Pro eo quod
a te pegri
nor et deſiderium habeo diſſolui et
ad te tranſire. lacrimas meas di
rexi q̄ violente ſūt ſemper in pre
cibus et ad clemenciam medicina
lem animuz miſerantis adducit.
Ne ſile
as a me.

**Caſſiodo.** id ē
fac
vt ego audiam te occulta cordis
inſpiratione dicentem illud quod
euangeliuz teſtatur. Remiſſa ſūt
tibi peccata. ſiue illud quod in alio
loco pſalmus dicit. Dic anime mee
ſalus tua ego ſum. Vel ne ſileas
in futuro michi dicere. Venite be
nedicti patris mei percipite regnū
quod vobis paratum eſt ab origi
ne mundi. quoniaz aduena ego
ſum. Omnes enim nos peccatum
fecit a diuina ciuitate extraneos
et nepharia tenuit regione ſecu
li captiuos. Sz quoniaz miſericor
dia eius nos ſuſcipit. incole ſumus
quoniā illuc aduenimus id eſt de
babilonia ad ihrlm ipſo attrahente

tranſponimur. et addit apud te
vt non in dyaboli ſed in domini ci
uitate incolam cuȝ fuiſſe ſentires
ſubiunxit q3 et peregrinus Om
nis enim homo qui recipitur in be
atitudinem. peregrinus dicitur qꝛ
incipit eſſe vbi non erat. Dicitur
enī peregrinus quaſi pergens lon
gius. Et vt generalem hanc de om
nibus ſāctis cognoſceres fuiſſe ſē
tenciam dicit ſicut oēs pr̄es mei
Jero. qui dum erant in corpo
re peregrinabantur a do
mi Caſ. Ad vltimum vir ſcūs
no iſ ſibi petit dimitti vt
cert⁹ perueniat ad futurā iudicia. d.
Hugo Remitte mihi pec
cata mea vt refrige
rer ab eſtu culpe priuſq̄ abeā
de vita preſenti p mortem et am
plius Caſſi vtiq3 in h° mun
n̄ ero. do vbi peccatorū
facinoribus ſubueniſt qꝛ poſt mor
tem non ſit peccatoruȝ remiſſio vel
ſi deſinas ante mortem ſubuenire
amplius nō ero quia male ero. et
male eſſe non eſt eſſe. quia non ē
eſſe in eternis afflictionibus per
manere. Eſſe enim ꝓprie eſt beati.
Merito ergo non ſe dicebat eſſe ſi
ſe habere cuȝ electis non intellige
ret porcōeȝ. Ecce viciorū triſtilitoꝛ
egregius quanta nos beatiſſime
inſtitutionis ſalubritate cōmonu
it inter blaſphemos et iniquos ha
bere lingue continentiam. Noxia
docet nos vitare ac grauiſſima rixe
certamina prudenti moderatione
cōprimere. Silencium eſt quippe
probabile quod minime nos pdu
cit ad culpam. quod ſapientes p
bit. quod grauiſſimos facit quod
conſiliuȝ nutrit quod ipſum quo
q3 grauiſſimū oſtendit eſſe ſermo
nem. Quapꝓpter hauriamus reme
dij huius ſaluberrimam pocionē
vt qui ſanctos tam proficue tacu
iſſe cognoſcim⁹. inmoderatam lin
gue inſolēciam non foueamus.
Colle. Rogemus etiaȝ humi
liter pium dominuȝ no
ſtrum vt in pn̄ti vita remittat no
bis omnia delicta noſtra quatin⁹
huius ſeculi pegrinacione p mor
tē carniſ abſolutoſ dignetur nos
facere ciues ſanctorum et domeſti
cos dei patris cui eſt honor et glo
ria in ſecula ſeculoȝ. Amen.

## Pſalmus. xxxix.

Expectans ex
Huic pſalmo prepon
tur talis titulus In finē
pſalmus dauid. Caſſio. Sepe dixi
mus per
finem et dauid chriſtum ſignari
cui iſte titulus aptandus eſt.
Nicola. Pro vt innuit apo
ſtolus ad hebreos
decimo. vbi inducit litteram hu
ius pſalmi dictum eſſe de perſona
chriſti. Ad exponendū ergo hūc
pſalmum de chriſto. Sciendum ē
q inter ſeptem regulas legis qua
rum pma eſt de domino et eius cor
pore q̄d ē eccā ſeu fideliū cōgrega
cio q̄ppt̄ cōnexionē capitis ad cor

pus ꝛ econuerſo ſacra ſcriptura frequenter tranſit ſub vno conte xtu de vno ad aliud loquens qua ſi de vna pſona. ſicut dic̄ yſaias lxi. Induit me dominus veſtimen to ſalutis ꝛ indumento iuſticie cir cūdedit me quaſi ſponſum decora tum corona et quaſi ſponſaꝫ orna tam monilibus ſuis Quod enī; di cit quaſi ſponſum decoratum coro na referendū eſt ad xp̄m Et quod ſubditur ꝛ quaſi ſponſam ꝛc̄. refer tur ad corpus eius miſticum qd eſt eccā ſm qꝫ dicit aug⁹. iij. de do ctrina xp̄iana Hoc eciā patet cla rius in nouo teſtamento Actu. ix. vbi dicitur. Saule ſaule quid me pſequeris me .i. corpus meuꝫ mi ſticum .i. eccleſia vel congregacio fidelium. Saulus enī nō pſeqbat chriſtum in pſona ꝑpria ſed eius fideles. Quod āt ſtatim ſubditur Ego ſum ieſus nazarenus. ad pſo nā domini refertur. Alia eſt regu la de corpoē domini vero ꝛ pmixto quia in corpore domini miſtico cō tinentur ſimul boni cum malis vſꝫ in die iudicij ſed tunc ſegregabū tur ſicut paſtor ſegregat oues ab edis. Et racōe huius cōmixtionis aliquādo vituperantur boni cuꝫ ma lis ſicut yſa. .i. dicit Cognouit bos poſſeſſorem ſuum et aſin⁹ preſepe domini ſui. Iſrahel autem me non cognouit et populus meus non in tellexit. Aliquando autem ecōuer ſo mali commendantur cuꝫ bonis ſicut oſee. xi. dicitur. Puer iſrahel et dilexi eum. His viſis primo cir ca miſteriū incarnationis chriſti

ponitur graciarum actio ex parte corporis miſtici quod eſt eccleſia que ex totius mūdi partibus: ꝛc̄ congreganda expectans criſti ad uentum et dicens ⌊

Expectans expectaui dn̄m⌋ qꝛ ſācti pr̄es de corpe xp̄i mi ſtico exntes per fidē cū magno de ſiderio expectauerunt chriſti aduē tuꝫ. vnde dicebant yſa. lxiij. vtinā dirumperes celos atqꝫ deſcēderes.

**Caſſio.** Superflua nō eſt tā decora repeticō Expe ctare ſiquidem poſſumus ꝛ ingra ti. Expectantes autem expectamus quando mites aliquid cum mag no deſiderio ſuſtinemus ⌊et inten dit mihi⌋ id eſt oracioni fidelium de aduentu chriſti.

**Nico** ⌊Et exau diuit pre ces meas⌋ in mundo viuendo ⌊et eduxit me de lacu miſerie⌋

**Auguſti** id eſt de profūdo iniq̄tatis que ho mines miſeros facit ⌊et de luto fe cis⌋ id eſt de carnalibus concupi ſcen cijs

**Caſſiodo.** Nam ſicut lutuꝫ fecis fetidū atqꝫ ꝯgue eſt ita ꝛ homi deli cta limoſa ſunt q̄ et fetoribꝰ horre ſcūt et ꝯuitate demergunt Poſt q̄ vo dn̄s eduxit me cuſtodiuit me a recidiuo Vnde ſubditur.

**Nico** ⌊Et ſtatuit⌋ .i. ſtabili uit ⌊ſupra petram⌋ id eſt chriſtum ſcd̄m qꝫ dicit apoſto lus .i. ad cho. x. petra autem erat chriſtus ⌊pedes meos⌋ id eſt affe ctus quibus anima cogitando et deſiderando graditur. Pedes meos

ſup̄ petrā ſtatuit, cū in xp̄i dn̄i iuſ
ſionibus ambulamus [ et direxit
greſſus meos ] id eſt actus meos
in vitam eternam per legem euan
gelicam que docet contemnere ter
rena et amare celeſtia ac per hoc
introducit ad beatitudinē quod
lex vetus facere non poterat ſcd̄m
ꝙ dicitur ad hebreos . vij . Nihil
ad perfectum adduxit lex.

**Jeronim⁹** [ Et immiſit
in os meum cā
ticum nouum ] quia chriſtus no
nus homo venit in mundum . no
nam legem dedit mundo

**Gloſa.** Nouus ergo popu
lus chriſtianus no
uam legem cantat de incarnacio
ne dn̄i et reſurrectōne [ et carmē ]

**Jeronimus** id eſt laudē
[ deo noſtro ]
vt iam non ſonos turpes et the
atrales concinā . ſed in dei vinctis
hymnis per armoniā noui teſta
menti delecter Notandus eſt de
do

**Gregorius.**

In commentario dicit ſuper eze
chielem omelia . viij . prius enim
de luto prauitatis educitur vt eius
pedes per fidem in petra ſolidentur
et poſtꝙ boni operis pedes a greſ
ſus iam in petra fixerit tunc predi
cacionis canticum accipit vt hy̅
num domino dicere et vocibus et
operibus
poſſit.

**Jeronimus**

[ Videbunt multi ] chriſtum an
nunciatum veniſſe [ et timebunt ]
intelligentes per chriſti predica

cionē ſe peccatores [ et ] effecti cri
ſtiani [ ſperabūt in domino ] vt eis
priſtina remittantur peccata.

**Hugo.** Et quia beatus eſt q̄
ſic conuertitur . Ideo
ſubdit [ Beatus vir cuius eſt no
men domini ]

**Nicolaus.** ſcilicet
Jheſu
chriſti [ ſpes eius ] quia ſcd̄m ꝙ di
citur actu . iiij . Nō eſt aliud nomē
ſub celo ī quo oporteat nos ſaluos
fie
ri.

**Caſſiodorus.** Nomē
enim dn̄i
inter cetera ſaluator : eternus eſt.
Et ille ſpem ſuam ponit in eius no
mine qui ſe non ſuis meritis ſꝫ ab
eo ꝑ grām credit eſſe ſaluandum
[ Et ] etiā q̄ [ nō reſpexit ī vanitates ]
hoc eſt fiduciā nō poſuit in terrenis
que ſunt vanitates a mentē a ſan
cta religione fallaci illuſione con
uertūt [ et inſa
nias falſas ]

**Jeronim⁹**

Inſanie autem falſe ſunt ire rixe .
diſſenſiones . et ꝛliqua quibus ho
mines inſaniunt vt peccent que a
poſtolus opa carnis eſſe dicit.

**Caſſiodorus.** Vel in
ſanie fal
ſe ad illos aptari poſſunt qui ſpe
ctaculorum fallacium delectacio
ne capiun
tur.

**Nicolaus** Cōſe
quen
ſequenter oſtenditur magnitudo
miſterij incarnacionis chriſti cū
dicitur [ Multa feciſti tu domine
deus meus mirabilia tua ] mundū
creando et gubernando . ſed ma
ius fuit mirabile ſatis ipſuꝫ recre
ando ꝑ tuā bn̄dictā incarnacōem

et paſſionem. Ideo ſequitur⌊ et co
gitacionibus tuis⌋ quibus ab eterno
no diſpoſuiſti miſterium incarna
cionis tue⌊ non eſt qui ſimilis ſit
tibi⌋ quaſi dicat hoc mirabile exce
dit omnia mirabilia tua. Tranſla
cio hebraica habet⌊ et cogitacões
tue pro nobis⌋ quia ſunt cauſe no
ſtre ſa
lutis.

**Caſſiodorus**

Adue
nus
predicauit ſancta mater eccleſia.
Nunc audiamus dominum ſalua
torem dicentem⌊ Annunciaui⌋ p
prophetas me venturum in carne
⌊ et locutus ſum⌋ Perſonaliter hoc
fecit cum inter nos conuerſatus
euangelizauit. Addiditque⌊ multipli
cati ſunt ſuper numerum⌋ quia ſci
licet ſuper calculum beatorum mul
tiplicata eſt turba peccancium.
Deſignat enim tantum illos in li
bro viuencium ſcriptos qui illi ihe
ruſalem ſuperne predeſtinati eſſe
noſcuntur. Unde bene dicit chriſti
predicacione multiplicatos ſuper
nume
rum.

**Gregorius**

xxv°
moã
lium Quia multis eccleſiam intrã
tibus hi ad fidem ſpetenus veniũt
qui a numero regni celeſtis exclu
duntur. Hic enim fidelibus per cõ
feſſionem chriſtiani nominis ad
mixti ſunt ſed propter vitam repro
bam illic numerari in ſorte fideliũ
non me
rentur

**Nicola**

Deinde oñ
dit miſte
rii incarnacionis racio et hoc in p
ſona chriſti quia propheta trãſit
de corpore ad caput per modum
ſupra dictum. Unde dicit⌊ Sacri

ficium⌋ Circa quod eſt ſciendum
q̃ vna cauſa huius benedicte in
carnacionis fuit ad ſupplendum
legis imperfectionem p ipſum cri
ſtum incarnatum propter quod
ipſe dicit. Math. v. Non veni ſolue
re legem ſed implere. In lege aũt
erant aliqua precepta cerimonia
lia de ſacrificiis et oblacionibus
offerendis. Hec autem ſacrificia
erãt imperfecta quia non poterãt
auferre peccata et ideo illa imperfe
ctio ſublata fuit per vnum ſacrifi
cium perfectum ſcilicet per corpus
chriſti in cruce oblatum quod ſuc
cedit omnibus ſacrificiis veteris
legis. Et hoc eſt quod dicit apoſto
lus ad hebreos decimo. Impoſſi
bile eſt enim ſanguine taurorum
et hircorũ auferre peccata. Ideo in
grediens mundum ſcilicet dei fili
us per ſuam incarnacionem dicit
hoſtiam et oblacionem noluiſti.
corpus autem aptaſti michi id eſt
corpus paſſibile aptum immola
cioni. Et hoc eſt quod dicitur hic
licet vocabula ſint mutata quia chri
ſtus et apoſtoli non ſemper allega
uerunt ſcripturas veteris teſtamen
ti de verbo ad verbum. Dicit ergo i
perſona chriſti hominis loquentis
deo patri vel toti trinitati.⌊ Sacrifi
cium⌋ quod fiebat de animalibus
et de auibus⌊ et oblacõnem⌋ que
fiebat de pane ſimula. oleo et ſimi
libus⌊ noluiſti⌋ quia talia ñ erãt
deo accepta de ſe ſicut eſt corpus
chriſti quod cotidie offertur in al
tari ſed tamen ex fide offerencium⌊ au
res autem perfeciſti michi⌋ apoſtolus ad

hebreos et translacio romana dicit. Corpus autem aptasti mihi. vt dictum est. tn̄ est eadem sententia quia cum dicitur aures autez perfecisti mihi id est aures perfectas ad obe-

**Hugo** Quia sic diendum. verbum aptatur auri sic christus fuit obediēs patri vsq ad mortem crucis. Et subdit adhuc ostendens quod sacrificium veteris legis noluit cū dic. Holocaustum.

**Nico** quod erāt qd̄dam genus sacrificij quod totum incendebat̄ in altari ad honorez dei. pro peccato. id ē hostiam pro peccato cuius vna pars incendebatur. alia erat sacerdotum. non postulasti. quia talia non fuerunt de se deo accepta vt dictum est. Tūc dixi. ego christus. ecce venio. ad offerendū acceptissimum sacrificium deo id est corpus meum in ara crucis.

**Cassio** Huius aduentus testimoniuz trahit de scriptura dicendo ad patrem. In capite libri. huius psalmoz. scriptuz est de me. in primo psalmo. vt facerem voluntatem tuam. Desiderauit enim eius facere voluntatem qui non abijt in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit. & i cathedrā pestilēcie n̄ sedit.

**Nico** Propter quod ipse dicit. Joh. vi. Propt̄ hoc descendi de celo non vt faciaz voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me patris. Et quia voluntas deliberatiua christi hominis semper erāt diuine volūtati conformis. Ideo subditur. deus meus volui. In quo virtutem penitencie declarauit vt diceret preteritum quod constabat esse venturum. et legē tuam. supple habui. in medio cordis mei. Manebat enim lex diuina in medio cordis ipsius dum in lege domini fuit voluntas ipsius et in lege eius meditabitur die ac nocte. Idem augustinus et collcōr. Hunc versiculum Jeronim9 sic exponit. In capite libri scriptum ē de me. Caput libri veteris testamēti a dle sumit exordium. In principio fecit deus celum et terram id est in christo domino hoc misterium cernens iohannes sic euangelium inchoauit. In principio erāt verbum et verbum erat apud deum. Nam et ipse interrogantibus iudeis quis esset respondit Principiū. Caput ergo libri itellige p̄ncipium quod est christus ihesus qui in hoc libro. capite nunciatus est. vt facerem voluntatem tuam deus meus volui. Non est volūtas carnis sed patris vt pro vita omnium moriar. et legem tuā in medio cordis mei. quaz non veni soluere sed ad implere.

**Nico** Annūciaui. per apostolos meos. iusticiam tuam. i. legem euangelicam que docet perfectam iusticiam. s. penitentiam q̄ iustificatur homo vnde Math. x. dicitur penitentiā agite: appropinquabit enī regnuz celorum. in ecclesia magna. p totū orbē diffusa.

**Jeroni** Grās tibi ago saluator mūdi q magnā

feciſti eccleſiam tuam a q̃tuor mũ
di partibus euangelica predicati
one vocatam· tua paſſione collocã
tuaq̧ reſurrectione mundatam·
**Nicola**. [ Ecce labia mea
non prohibebo ] a
promulgacõne veritatis euange
lice per me et alios doctores eccle·
**Glosa**. [ domine tu ſciſti ] i·
predeſtinaſti futurũ
q̧ ſic facerem nec fui piger ad pre
dicatio
nem· **Jeronim⁹**. [ Iu
ſticiam
tuam ] id eſt mandata tua [ nõ ab
ſcondi in cor
de meo ] **Nicola**. q̧ chri
ſtus eã
manifeſtauit verbis et exemplis
[ veritatem tuam ] qua impleſti p
miſſum de chriſto patribus factũ
[ et ſalutare tuum ] id eſt memet
ipſum a te miſſum pro ſalute ho
minum [ dixi ] Omnia iſta chriſt⁹
docuit manifeſte vt patet ex decur
ſu euangelii [ Non abſcondi miſe
ricordiam tuam ] quã per me mũ
do voluiſti facere [ et veritatẽ tuã ]
quia miſericordia et veritas ſemp
ſe concomitantur in operibus dei [ a
conſilio
multo ] **Hugo**. id eſt prop
ter timorem
conſilii multi id eſt congregacio
nis magne· nõ dimiſi quin predi
carẽ miſericordiam tuam et docerẽ
homines venire ad te per vias tuas
Quia vniuerſe vie domini miſeri
cordia et ve
ritas **Auguſtin⁹**.
Vis audire miſericordiã domini·
recede a peccatis· perdonat peccata
Vis audire veritatem domini tene
iuſticiam et coronabitur iuſticia
Modo enim miſericordia predica
tur poſtea veritas exhibetur cum
congregabuntur ante eum omnes
gentes et bonos vocabit ad regnũ
et malos in ignem eternum mit
tet Qui miſericordiam dei contem
pſiſti· veritatem ſenties Si autem
non contẽpſiſti· veritatem gaudebis.
**Nicola**. Deinde deſcribitur
ipſius chriſti deuo
ta deprecacio pro ſtatu corporis ſui
miſtici Et primo quantũ ad amo
cionem mali· Unde dicit [ Tu au
tem domine ] deus pater [ ne longe
facias miſeraciones tuas a me ]
id eſt a corpore meo miſtico· vide
licet a fidelibus meis pro quibus
legitur chriſtus frequenter oraſſe
in euange
lio. **Jeronimus**.
[ miſericordia tua. ] qua dimittun
tur peccata [ et veritas tua ] per quam
red dis vnicuiq̧ quod fecit
**Nicolaus**. [ ſemper ſuſce
perũt me ] ora
tionem meam ſemper exaudiẽdo
Et cauſam ſue deprecacionis ſub
dit dicens [ Quoniã circũdederũt
me mala ] ſcilicet pene [ quorũ nõ
eſt numerus ] apud homines· Multe
enim penalitates fuerunt inflic
te chriſtifidelibus in principio
eccleſie vt patet in apoſtol et mar
tiri
b⁹ **Hugo** [ comprehẽderũt me
iniquitates mee ]
id eſt meorum quia propter pecca
ta ipſorum cõprehenſus fuit a pu
nitus Quod ihieremias predixit tre
norũ· iiii· dicens chriſtus domin⁹

captus eſt pro peccatis noſtris ꝛ
pſalmiſta ait ⌊Que nõ rapui tunc
exolue-bam.⌋ **Caſſiodor⁹** ⌊et non
potui vt viderem⌋ quia circundan
tibus me iniquitatibus meis nõ
potui facere vt te viderem.
**Hugo** ⌊Multiplicate ſũ⌋ ſcilicet iniquitates
in membris et pene in me ⌊ſuper
capillos capitis mei⌋ quaſi dicat
Infinite fuerunt. **Auguſtinꝰ** Quis nume
rat capillos capitis mei. multo ma
gis peccata que excedũt numerũ
capillorum minuta videntur ſed
multa ſunt Peccauiſti magna iã
non facis adulterium homicidiũ
furtum non blaſphemas non di
cis falſum teſtimoniũ ꝛ vide ne
arena minutorum peccatoruꝫ op
primaris. ⌊Et⌋ ꝓpter peccata mea
⌊Cor meum dereliquit me⌋ id eſt
non eſt ydoneũ ad cognoſcẽdũ ſe
**Caſſiodo.** Cor vero nos de relinquit quan
do peccatis egrum profutura nõ
a pe-tit. **Jeronim⁹** Quando homo pec
cat cor ſuum non habet. Vnde da
uid dixit. ij. reguꝫ. vij. Inuenit ſer
uus tuus cor ſuum vt oraret te. Er
go antea quando peccauit nõ ha
buit illud. **Hugo** Oſtẽſis miſe
rijs petit chri
ſtus fideles ſuos liberari dicens
⌊Complaceat tibi domine⌋ ꝛ me
cum: qui cupio liberari tibi place
at ⌊vt eru-as me⌋ **Nicola** id eſt cor
pus me

um miſticũ a malꝭ predictis. **Gloſa.**
Et nota ꝙ dicit cõplaceat non dif
fidẽs de potẽcia dei ſi aſſit voluntas.
**Auguſtinꝰ.** Tanꝙ ſi dicẽt ſi vis potes me
eruere ſicut in euangelio dicitur.
Si vis potes me mũdare ⌊domine
ad adiuuandum me reſpice.⌋
**Caſſi.** vt intelligamus reſpe ctum ipſius noſtruꝫ eẽ
preſidium ſicut eſt illud euãgelij
Reſpexit petrum et fleuit amare.
Aliter enim liberari non poſſumꝰ
niſi nos diuinitas ꝓpiciata reſpici
at. Deinde dominus ſaluator op
tat confuſionem ꝛ emendacõem
impijs: ꝛ leticiam deuotis petit ꝑ
uenire dicens **Hugo.** ⌊Confũdant⌋ ſe peccaſſe cõ
fuſione bona de qua dicitur eccle.
iiij. Eſt confuſio adducens gratiã
ꝛ gloriam ⌊et reuereantur⌋ id eſt
timeant penam quam meruerũt.
**Caſſiodo.** ⌊ſimul⌋ id eſt ſicut perſecuti
ſunt ita et predeſtinati conuerſio
nis munere liberentur ⌊qui quẽrũt
animam meam⌋ ad morteꝫ ⌊vt au
ferant eam⌋ me occidendo ⌊Auer
tantur retrorſum⌋ a voluntatibus
ſuis prauis nec in malo opere per
ſeuerent qui ſi confuſionem paci
antur: euadunt. ſi mũdi leticia ꝑ
fruantur intereunt ⌊ꝛ reuereanť⌋
id eſt timeant deum ꝛ penas pec
catoribus paratas ⌊qui cogitant mi
chi mala⌋ iudeorũ ſigt improbas
voluntates quorum cogitationes
non erãt male dño ſed actoribus

fuis Herant id eſt portent qua
ſi pondus immenſum confeſtim
confuſionem ſuam id eſt prauã
cogitationem. Confeſtim dicit vt
cum peccare ceperint ne longius
progrediendo periculoſius ingra
uetur malum eorum qui dicunt
mihi adulatorie euge euge Hic
falſos arguit adulatores q̃ plus
nituntur adulando decipere q̃ poſ
ſũt vituperacionibus ſauciare Eu
ge quidem verbum preconiale eſt
ſed cum recto animo non profer
tur ad deriſionẽ trahit̃ inferendã

Jeronim⁹ duos hoſtes habet eccleſia
ſcilicet adulacionis a blaſphema
cio Caſſio Sicut eniʒ inimi
nis dos ſuos confun
di petijt qui eum falſis laudacõni
bus irridebãt Ita deuotos optat
veraciter gaudere qui ſpem ſuam
noſcuntur in domini maieſtate po
ſuiſſe. Vnde Nicola Exul
dicit tent et
letẽtur ſuper te deum patrem vel
totam trinitateʒ de bono quod da
turus es eis omnes querẽtes te
per fidem et operacionem a dicãt
ſemper magnificetur dominus le
toris Caſ Hec eſt enim pro
fuis. feſſio que in eternuʒ
gaudẽtes efficit chriſtianos qua
ſen encia paſcebatur. Job. q̃cãt
afflictõne corporis grauiter ſauci
atus dicendo. Dominus dedit. do
minus abſtulit ſicut domino pla
cuit ita factuʒ eſt ſit nomen domi
ni benedictum Sed ne hãc exulta
cionem quibuſcunq3 cedens con

cedendam addidit qui diligũt ſa
lutare tu Nicola videlicet
um me chri
ſtum quem miſiſti ꝑ ſalute hom
Caſſiodor Me diligunt
qui me ſpiri
tali dilectione perquirunt et mã
datis meis ſuauiter obſequuntur
Poſt q̃ leticie muneribus dixerat
eſſe cõplendos qui deitatem verbi
diligere voluiſſent ne ſibi quiſpi
am meritorum gloriam vendica
ret dominus chriſtus ex forma hu
manitatis aſſumpte loquit̃ dicẽs
Ego autẽ mendicus ſum que
rens ab alijs elemoſinas et neceſ
ſaria quib⁹ humanitas eget ſub
uenit et pauper Sed ne iſtam
paupertatem vilem abiectãq3 iu
dicares addidit dominus ſolici
tus eſt Hugo quia vt Mat.
mei iiij. dicit An
geli acceſſerunt et miniſtrabant
ei. cui dicit pat̃. hic eſt filius me
us dilectus in quo mihi cõplacui.
Caſſiodorus O paup
tateʒ the
ʒauris omnibus ditiorem. Paup
enim de noſtro. diues de ſuo eſt
qui ideo indigenciam humanita
tis aſſumpſit vt abundancie ſue
nos faceret eẽ participes Poſtre
mo de adiutorio et de protectione
ſecutus celeritatem neceſſariam
petit dicens Adiutor meus a p
tector meus es tu ne tardaueris
vt iam quia mors vitari nõ debu
it ſaltẽ reſurrectõ feſtina ſuccedẽt
Nicolaus. Vel poteſt eẽ
oracio fidelis

cuiuſq; dicentis. Adiutor meus promouendo me ad bonum. et protector meus. pſeruando me a malis. tu es deus meus ne tardaueris. michi in predictis aſſiſtere.

**Caſſiod.** Magnifica et ſuauiſſima verba ſenſus noſtros medullitus itrauerūt quando ipſum audiuimus docentem quem adoramus auctorem. Nā licet vniuerſos pſalmos magno honore veneremur. neſcio q̄d tamen dulcius accipitur cum aliquid de ſancta incarnatione pfertur. Omnis eniʒ fidelis gratiſſime ſuſcipit per quam noſcitur eſſe liberatus. Et reſpice q̄ ordine huius pſalmi contextio diſponatur. Primuʒ loquitur eccleſia quaſi rudes docens. quaſi trepidos confortās. quaſi incompoſitos preparans vt ſequētia verba domini ſaluatoris libēti animo ſalubriter populus preparatus audiret.

**Collec.** Ait eniʒ. Expectās expectaui dominum meum. Intendiſti michi. multa beneficia largiendo. ſollicitus es mei. in hac vita neceſſaria ſubminiſtrās et noxia reſecans. dando conſolatis vt permaneam. auferendo corripis ne peream. factus es adiutor meus in bonis. et protector in aduerſis. ſolus tuus michi reſtat aduentus. q̄diu te nō video. te non poſſideo. mendicus ſum et pauper nihil extra te michi ſufficit qui es expectatio et ſalus mea de⁹ meus ne tardaueris qui es benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

# Pſalm⁹. xl.

## Beatus qui

**Hugo** ſcd̄m Jero. Huic pſ̄ preponitur talis titulus. In finem intellectus filijs chore. Sepe i titulis pſalmorum fit mentio de filijs chore quia licet chore propter ambicioneʒ ſuam perierit vt legitur numeri. xvi. tamen quidam de ſuis filijs maliciam illius non ſunt imitati. a dauid in miniſterium domus domini ſunt aſſumpti. Ponuntur eniʒ in titulis pſalmorum maxime propter nominis interpretationem. Chore enim caluaria interpretat̄ in quo loco crucifixus eſt domin⁹ et filij chore ſpecialiter imitatores dicuntur paſſionis domini. Vnde is eſt ſenſus tituli predicti. Intellectus huius pſalmi tendens in finē videlicet in chriſtum attribuitur filijs chore id eſt imitatorib⁹ paſſionis chriſti monens nos vt chriſtum dominum egenum et pauperem credamus eſſe verum deum.

**Nicola.** Dauid enim q̄ plura miſteria chriſti ſciuit q̄ alij prophete preuidens in ſpiritu chriſti paſſionem et reſurrectōnem fecit hunc pſalmum. Et quia chriſti paſſio incipit a paupertate ſua quaʒ cepit pati ab hora natiuitatis. quoniam in paupertate fuit nat⁹ vtpote d matre paupere. in paupere loco. a pauperib⁹

pannis inuolutus. Et ſimiliter in paupertate fuit mortuus vtpote ſuis veſtibus ſpoliatus et in alieno ſepulcro poſitus de quo paupere dicit propheta.

Beatus id eſt felix qui intelligit id eſt intus legit ita quod ſub paupertate quam geſſit in forma noſtre humilitatis credit per fidem caritate formatam diuicias ſue diuinitatis quas dabant intelligere opa diuine virtutis que faciebat

**Jeronimus** Beatus ergo qui intelligit id eſt vt credat eum verum deum et verum hominem eſſe.

**Hugo.** et quia chriſtus etiam pauper et egenus eſt in ſuis membris ſicut dicturus eſt in iudicio. Math. xxv. Nudus fui et cooperuiſtis me. Eſuriui et dediſtis michi cibum etc. Jdcirco congrue predicatur Beatus qui intelligit ſuper egenum et pauperem per elemoſine largicionem.

**Caſſio.** quia ſicut aqua extinguit ignem ita ipſa legitur extinguere peccatum. Sed aduerte quod dicit. intelligit vt etiam non petentibus talibus offeratur Nam qui petenti tribuit bonum opus efficit: qui vero tacentem intelligit beatitudinem ſine aliqua dubitacione conquirit. Sed licet multi patres de elemoſina humani generis reconciliatrice. plura conſcripſerint. oritur tamen inter eos de hoc articulo nonnulla diſſenſio. Legitur enim. Omni petenti te tribue. Scriptum eſt etiam Deſudet elemoſina in manu tua donec inuenias iuſtum cui eam tradas. Sed ſi omnes iniuſtos querimus impatam conſtringimus largitatem Verum hec cauſa in ſola pia voluntate conſiſtit quia non eſt noſtrum prius mores diſcutere et ſic indigencie ſubuenire. ſufficit nobis vt nos dare aliquid malis artibus neſciamus. nec opiniones hominum optando elati elemoſinam largiamur. ſed operemur ſolo affectu ſubueniendi quod nos ſupra omnia precipit diuinitas intueri. Qui ſic dederit et ſi iniuſtis non det. iuſte tamen omnibus erogabit. Sed maior opera danda eſt vt ſanctis viris in aliqua indigencia ſubuenire debeamus propter chriſtum dominum noſtrum qui de pauperibus ſuis in iudicio proprio dicturus eſt Quodcumque vni ex minimis iſtis feciſtis: mihi feciſtis. Quid enim dici poteſt ſublimius quid ve glorioſius. quando aut ipſi pretermiſſi in ignem dirigent. aut remunerati ad dexteram nos collocabunt.

**Hugo.** Qui ergo intelligit ſuper chriſtum egenum per fidem ſue diuinitatis vt dictum eſt aut per compaſſionem ad proximum in die mala liberabit eum dominus hoc eſt in die iudicii que eſt dies ire dies tribulationis et anguſtie. dies calamitatis et miſerie vt dicitur ſophonie primo.

**Jeronimus.** In qua iudeos incredulos non intelligentes damnabit chriſtus

**Nicola**

Talemqꝫ fidelem et miſericordem
vt dictum eſt liberabit dominus de
poteſtate inimici [Dominus conſer
uet eum] **Caſſiod** Peticio iſta ꝑ
ꝑphete certa ꝑ
miſſio eſt [conſeruet] dixit id eſt in
ter mala ſeculi perire non faciat ſꝫ
ad eternam retributionem illeſum
ſancta conuerſacione perducat [et
viuificet eum] Viui proprie illi di
cuntur qui ſe a chriſtiana fide nō
diuidunt. Nam de illis qui in erro
re verſantur dictum eſt. Sine mor
tuos vt ſepeliant mortuos ſuos.
Ergo viuificet eum id eſt faciat il
lum inter electos i ſua viuere porcōe
**Nicola** [Et beatum faciat eum
in terra] viuencium
in qua eſt beatitudo vera [et nō tra
dat eum in animam] id eſt ad vo
luntatem et deſiderium [inimicorum
eius] videlicet demonum.

**Jeronimus** qui credulitati
noſtre ſemper
inimici exiſtunt. Et ne beatum iſtum
putares in hoc mundo incōcuſſam
requiem poſſidere conſequenter ſub
iungit. [Dominus opem ferat illi ſu
per lectum doloris eius] hoc eſt ad
iutorium preſtet illi i infirmitate
car
nis **Nicola** Cum iacuerit ſu
per lectum affli
ctus dolore capitis vel membri.

**Caſſiodorus** Lectus
enim no
bis datus eſt ad quietem in quo ſe
hominum feſſa membra refoueant
ſic et ille qui matrimonium cōqui
rit. vxorem ſibi copulat. filios pro
creat qui amicitias parat quaſi i
quodam lecto delectationis gratia
conquieſcit Sed et hec frequenter
ſeruis ſuis amara et doloribus ple
na dominus facit ne ſpem ſuam po
nentes in temporalibus rebus fu
tura bona non appetant. Addiditqꝫ.

**Hugo** Mutans modum loquen
di de tercia pſona ad
ſecundam. vnde dicit [vniuerſum ſtra
tum eius] id eſt vniuerſam carnis
requiem [verſaſti] id eſt conuer
tiſti [in infirmi
tate eius]. **Gregorius**
xxiiij. moralium Ac ſi apte diceret.
Omne quod ſibi hic parauit ad
requiem. hoc mutaſti ei occulto iu
dicio ad perturbacionem. Quod pio
quidem conſilio agitur vt in hoc pe
regrinacionis tempore electorum vi
ta pertu
betur. **Caſſiodorus** Quati
untur
diuerſis calamitatibus afflicti et
ne beatitudinis requiem conſequan
tur ſicut factum eſt in Iob cui hu
ius ſeculi bona in infirmitatem cō
uerſa ſunt Sed inde felicior exiſtit
quia ſe illi proſperitas mundana
ſubtraxit. Quocirca talibus rebus
rogat opem ferre dominum. ne hu
mana fragilitas duris laboribus
preſſa ſuperetur. Et quia iſtas corre
ctiones agnoſcere debet homo pro
pter peccata ſua ſe pati. conuertat
ſe et dicat quod ſequitur.

**Hugo** [Ego dixi domine
miſerere mei] quia con
fiteor me miſerum propter pecca
tum quod eſt morbus animarum
[ſana animam meam] indulgen
do michi peccata mea.

**Jeronimus** [quia pecca ui tibi] ego me accuſo pro peccatis meis.

**Caſſiodo** Hactenus pro pheta de beato rum afflictione locutus eſt nunc conſequenter dominus ſaluator de ſua paſſione dicturus eſt vt cū famuli dei diuerſis caſibꝰ affligun tur non ſe adeo credant eſſe dereli ctos quando chriſtum dominum talia pertuliſſe cognoſcant

**Nicolaus** [Inimici mei dixerunt mala mihi] quia iudei dixerūt ei freque̅ ter vituperia ſicut patet Johāīs viij. Nōne bene dicimus nos quia ſamaritanus es ⁊ demonium ha bes. [quando morietur et peribit nomen eius.] Frequenter enim tractauerūt de chriſti morte vt ſic piret memoria nominis eius [et ſi ingrediebatur] Hic mutatur ſi militer modus loquendi de plurā li ad ſingularem quia ſcr̄ptura fre quenter loquendo de pluribus in pſ̄almi tranſit ad loquendum de ſi ̄ngu lis quaſi de vno. eo ꝙ ſūt coniūcti ad aliquod vnum. maxime in ſcri pturis prophetarum. ⁊ ſic dicitur [Et ſi ingrediebatur] videlicet quilibet de inimicis meis [vt vide ret] me docentem et conuerſantē ſi poſſet me reprehenſibilem inue nire [vana loquebatur] quia fal ſa ad meam diffamacionem [cor eius congregauit iniquitatem ſi bi] quia frequenter iudei poſuerūt inſidias chriſto vt eum caperent in ſermone vel in aliquo reprehen ſibili facto vel de iuda hoc intelligi tur qui tractando cogitationibus de morte chriſti congregauit iniq̄ tatem ſibi.

**Hugo** Qui cōgrega uit iniq̄tatem intus in corde de tradicōne domini [Egrediebatur foras] ad princi pes ſacerdotum vt prodicionem in corde conceptam perageret [et loquebatur in idipſuȝ] hoc eſt ini quitatem quam conceperat in cor de effudit in locucōne ſicut dicitur Mat. xxvi. Qui abijt ad principes ſacerdotum et ait illis. Quid vul tis michi dare vt ego vobis eū tra dam. Et ne mors chriſti ſoli inde imputetur vide quid ſequitur.

**Nicolaꝰ** [Aduerſum me ſuſurrabant] ini chi latenter detrahendo [Omnes ini mici mei] ſcilicet ſcribe ⁊ phariſei [aduerſum me cogitabant mala mihi] ſcilicet mihi inferendo mor tem contemptibilem et doloroſā.

**Caſſiodorus** [Verbū iniquum conſtituerunt aduerſum me] id ē decreuerunt atq̧ ſentencialiter lo cuti ſunt pylato. Si hūc dimittis non es amicus ceſaris.

**Nicolaus** Vel conſtitu erunt verbum iniquum quando ordinauerūt cri ſtum mortuum in ſepulcro cuſto diri ne diſcipuli eum tollerent et dicerent euȝ ſurrexiſſe vt habetur

Math. xxvii. Nunquid qui dormit id eſt qui iacet mortuus in ſepulcro non adiiciet vt reſurgat. quaſi dicat. **Hugo.** Sic me interficere feſtinabant quaſi poſt mortem reſurgere non haberem. **Caſſiodorus.** imo adiice potuit vt protinus reſurgat ſicut in euangelio dicit Poteſtatem habeo ponendi animam meam et poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Etenim homo pacis mee in quo ſperaui. **Nicolaꝰ** Quaſi dicat criſtus. Non eſt mirum ſi iudei qui erant inimici mei talia dicebant contra me. quia etiam diſcipulus meus michi familiaris contra me conſpirauit cum eis ſcilicet iudas ſcarioth. et hoc eſt quod dicitur. Etenim homo pacis mee. i. meam habitans pacifice in quo ſperaui. id eſt in quo ordi quod confiderem in eo ſcilicet in hoc quod portabat et cuſtodiebat illa que ex deuocione offerebantur pro neceſſitatibus chriſti et diſcipulorum ſuorum ad dandum pauperibus vt habetur. Johannis. xiii. et. vii. et qui edebat panes meos. dicit panes in pſalterio quia iudas cum aliis diſcipulis in cena domini duplicem panem manducauit ſcilicet corporalem et ſacramentalem qui corpus chriſti cum aliis ſumpſit magnificauit ſuper me ſupplantacionem. tradendo me iudeis ad hoc quod eſſem totaliter deiectus et ſupplantatus per mortem. ſed non habuit intentum ſuum quia chriſtus per hoc magis habuit exaltacionem tercia die reſurgendo. Tunc enim dixit. Data eſt michi omnis poteſtas in celo et in terra. Expoſita paſſione chriſti conſequenter agitur de eius reſurrectione cum dicitur in perſona chriſti hominis ad patrem. Tu autem domine pater miſerere mei vt non dimittas diu animam meam in inferno et corpus meum in ſepulcro et reſuſcita me animam meam corpori reuniendo quod factum fuit tercia die quando reſurrexit in corpore glorioſo et retribuam eis. Illud fuit impletum quando populus iudaicus fuit occiſus et captiuatus per romanos propter peccatum quod commiſerat in chriſtum ſicut predixerat chriſtus luce. xix. Videns iheſus ciuitatem ſanctam iheruſalem fleuit ſuper eam dicens quia ſi cognouiſſes et tu ſcilicet mala ventura tibi ſimiliter. In hoc cognoui quoniam voluiſti me. id eſt dilexiſti. **Caſſi** vel voluiſti ſubaudi glorificare vel exaltare me quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. ſcilicet populus iudaicus. Ad hoc enim voluerunt iudei occidere chriſtum vt nomen eius penitus de terra delerent Sed illa que diſponebant nullatenus impleuerunt. videtur enim nomen eius vbique celeberrimum eſſe vt merito gaudere non poſſint quibus tam contraria pro

uenerūt⌊Me autē propter in
nocenciam ſu
ſcepiſti⌋

### Nicolaus.

Licet chriſtus non meruerit glori
am anime ſue quam habuit ab
inſtanti concepcionis tamen me
ruit gloriam corporis et ſuam ex
altacōnem. quantum ad hoc di
cit⌊me autem propter innocenci
am⌋id eſt propter meritum ino
centis vite⌊ſuſcepiſti⌋corpus glo
rioſum michi conferendo et in eo
dem ad te aſſumendo ſcdm q̄ dici
tur Math. vltimo. Et dominus q̄
dem iheſus poſtq̄ locutus eſt eis
aſſumptus eſt
in celum.

### Caſſiodo

Vere ſancta innocencia. vere ſim
plicitas. vere humilitas beata vt
tot mala paſſus nulla ſe cōtencō
ne defenderet placato animo ibat
ad crucem. tranquilla mente mori
turus. omnia verba que predicta
ſunt per prophetas integra verita
te compleuit. doluit caſibus perſe
quentium. et in cruce poſitus pro
inimicis ſuis clementiſſimus exora
uit quoniam hoc et a fidelibus fa
ciendum decreuerat. et merito de
dit preceptū qui premiſit exēplū.

### Hugo

Et quia ſuſcepcō cor
poris chriſti in celū
eſt ſtabilis ideo ſequitur.⌊et con
firmaſti me in conſpectu tuo⌋ſcili
cet gloria īpaſſibilitatis et immor
talitatis⌊in eternum⌋id eſt in eter
na beatitudine vbi ſedet ad dexte
raꝫ dei. Sequitur vox prophete gra
cias agentis de chriſti reſurrectō
ne⌊Benedictus domin⁹ deus iſra
hel⌋id eſt chriſtianorum videncīū
deum per veram fidem⌊a ſeculo⌋id eſt
ab inicio mundi⌊et in ſeculum⌋
futurum id eſt in eternum ſit bene
dictus⌊fiat fiat⌋Geminacio innu
it certitu
dinem.

### Nicola.

in hebreo
autēꝫ ha
betur Amē amen. quod importat
veritatis confirmacionem.

### Jeronim⁹.

Quod Aquila
vere ſiue fideli
ter tranſtulit. Et ſciendum p̄muꝫ
librum pſalterij hic eſſe finitum.
Scdm vero eſſe a. xli. pſalmo vſq̄
ad. lxxij. Tercium a. lxxij. vſq̄ ad.
lxxxviij. Quartum ab. lxxxix vſq̄
ad. Cv. Quintū a Cvi. vſq̄ ad finē.

### Caſſiodo.

Licꝫ enim pro
iſtius verbi no
uitate videlicꝫ⌊fiat fiat⌋quod eſt
hic et in. lxxi. ſiue in. lxxxviij. vel.
Cv. poſitum putauerunt aliqui ex
poſitores in quinq̄ libros pſalte
rium eſſe diuidendum. eis tamen
in hoc non eſt cōſenciēdum. quo
niam in actibus apoſtolorū vn⁹
legitur eſſe liber pſalmorū. In p̄n
cipio huius pſalmi beatus dauid
per elemoſinas ſanctas moralem
nos docuit diſciplinam. ſecundo
per paſſionem ſuam dominus na
turales ſemitas indicauit. Tercio
reſurrectionis miraculo inſpectiua
nos claritate compleuit vt celeſtis
philoſophie veritas tribus partibus nar
rata conſtaret. Vnde huius pſal
mi ſuſcepto beneficio magna exul
tatione dicendum eſt⌊benedict⁹
dn̄s de⁹ iſrl̄ a ſeculo et vſq̄ i ſeculū fi
at fiat⌋Cui in t̄nitate pfcā ē honor

et gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

## Pſalmus.xli.

Quemadmo
Titulus huius pſ̄
talis eſt. In finem i
tellectus filijs chore
Hic titulus in precedenti pſalmo
eſt expoſitus ſicut ibi dictum eſt.

**Caſſiodorꝰ** Chorē hebra
ice. dicit̄ cal
uarie latine Quapropter filij cho
re merito dicuntur qui tanq̄ꝫ glo
rioſiſſimum tropheum celeſtis re
gis .i. ſignaculū crucis ſuſcipe me
ruerunt. Et ideo pſalmus hic om
ni conuenit chriſtiano qui amore
domini flamma dominice dilectio
nis accenditur ſine qua totum ab
iectuꝫ eſt quicq̄d in humanis pu
tatur eximium. ſed in illis nomini
bus ſcilicet chore illud meminiſſe
debemꝰ quod Jeronimus ait Om
ne pſalterium ſagaci mente plu
ſtrans nuſq̄ꝫ inuenio ꝙ filij cho
re aliquid triſte cantauerint Sem
per enīꝫ in pſalmis eorum leta ſūt
et iocunda. ſecularibusqꝫ contem
ptis celeſtia et eterna deſiderāt cō
gruentes interpretationi nominis
ſui Filius ergo chore id ē quilibꝫ
chriſtianus fidelis prima confeſ
ſione pſalmi huiꝰ omne deſideri
um mentis ſue ad dominum aſſe
rit eſſe trāſlatuꝫ d.
Quem
admodū . Trāſlacio rōnā
habet ſic ceruus deſiderat ad fon
tes aquarum ita deſiderat anima
mea ad te
deus

**Hugo** Notandū
ꝙ i gloſa
dicitur ꝙ ceruus ſenio grauatus
extrahit naribus vel flatu ſuo ſer
pētem a ca
uernis.

**Caſſiodorꝰ.**
quem cum vorauerit veneno eſtu
ante permotus ad fontes aquaꝝ
quanta poteſt velocitate feſtinat.
Amat enī aqua dulci plurimaqꝫ
ſaciari Huius decora comparacō
noſtrum deſiderium ardenter inſti
gat vt quando venena āntiqui ſer
pentis haurimus. ac ceno fornica
cionis aliorumqꝫ viciorum eſtua
mur. ad fontē diuine miſericordie
ilico feſtinemus quatinus quod
peccati aduerſitate contrahitur.
dulciſſimi hauſtus puritate vin
catur Neccvacat ꝙ ad fōtes aqua
rum dixit et nō ad aquas. Fons
enim aquaruꝫ chriſtus dominus
eſt vnde omnia fluunt que cūqꝫ re
ficiunt. Flueta enim plerūqꝫ ſicca
ri poſſunt. fons autem aquaꝝ ſem
per irriguus eſt Vnde merito dictū
eſt ad liquoreꝫ ſacre originis feſti
nandum vbi deſiderium noſtrum
nunq̄ꝫ poſſit habere ieiunium.

**Hugo** Sitiuit aīa mea
id eſt ſumme deſide
rauit ad videndum deum fontē
viuum a quo omnia bō fluunt.

**Jeronimus** quando ve
niaꝫ id eſt
quando erit illud tempus reſolu
cōnis corpis mei qn̄ cū pondere p
nunciānduꝫ ē et vt videatur ḡuis
eſſe dilacio et apparebo ante faci
em domini id eſt ante conſpectū